



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 49. Ernestus Bavariae Dux in Archiepiscopum electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

„Majestatem, ut electionem differri ju-
 „beat, comitia vero indicere velit, in
 „quibus Gebhardus in superhabito Pon-
 „tificis interdicto tanquam Archiepi-
 „scopus, atque Elector agnoscat, &
 „audiaturque: „verum horum preces
 in irritum cecidere; quippe die vige-
 sima secunda Maji, quæ proximæ ele-
 ctioni erat præstituta, Imperii Princi-
 pes, & Canonici convenerant.

§. XLIX.

*Ernestus Bavaricæ Dux in Archiepi-
 scopum electus.*

Hisce comitiis Joannes Franciscus *Spond. n. 6.*
 Vercellensis Episcopus, qui Pon-
 tificis diploma promulgaverat, intererat
 vices acturus Cardinalis Austriaci, qui
 adesse præpediebatur. Postea, ne tu-
 multus fieret, milites suo ordine di-
 stribuebantur, celebratoque incruento
 Missæ Sacrificio, peractisque de more
 precibus Ernestus de Bavaria antea
 Frisingensis, Hildesheimensis, & Leo-
 diensis Episcopus in Coloniensem Ar-
 chiepi-

G 2

perii Constitutiones objecerit, quæ sane per
 pacificationem Augustanam non potuerunt
 immutari, integræ autem Nationis concor-
 data a nonnullis duntaxat infringi, non
 via juris docet, sed duntaxat violentiæ, me-
 tusque immanitas extorquet.

Sæcul. XVI.
 A C 1583.

Sæcul. XVI. A.C. 1583 Archiepiscopum eligebatur, qui ceteris omnibus, imo ipsi etiam Friderico Saxoni ad hanc dignitatem adspiranti præpositus est, quia in præsentis rerum vicissitudine Ecclesiæ necessitas Electorem divitiis, ac potentia conspicuum, deposceret, qualis erat Ernestus materna linea ex augustissima Domu Austriaca descendens.

§. L.

Palatinus Elector apud Cæsarem de hac electione questus.

Palatinus Elector hanc electionem indignatus acriter apud Cæsarem que- rebatur, eoquod sua indulgentia Pontificis sententiam in Truchsesium latam confirmasset, quamvis ea, prout ipse calumniabatur, in Imperio ad Cæsareæ, aliorumque Principum, & Ordinum dignitatis imminutionem, & contemptum tenderet. Postea Cæsari exprobrabat, quod permisisset, ut Pontifex falcem in alienam messem immitteret, & indicta causa membrum ex clarissimo Septemvirorum Collegio sua dignitate spoliare posset. Ad hæc idem Elector Cæsari ista exponebat: „Id „paucorum conjuratione factum est, „quod nunc, proh dolor! Cæsaris aucto- „ritate perniciosissimo in posterum exem- „plo confirmatur: interea Pontifex „Roma-